sermo impositionis habet occultam quod addiscit olim et tamen in
telligitur sicut sonat. Et qualiter hec inveniatur sicud debet dicam
in capitulo de hiis que virtutem anime excitant. Et addiscit postea
mulsa in aqua commixta in caliditate et humiditate temperata quod
mulsa est res temperata que de aqua et melle fit quod tempe-
rata secundum quod convenit. Et filius principis Abohali dicit in
2a parte sui libri quod usus eius tamen temperatis prolongat vi-
tam confortat virtutem et continuat sensum et iuventutem. Item dicit
in capitulo tamen in fen de reductione [illegible] 31 dragmagatum [illegible] alba-
tam potenter depilat canos et loco eorum facit nigros re-
nasci. Et in multis aliis locis invenitur philosophos et alios sapientes
de hac materia loqui tamen breviter transeundo neque invenio alicuius
traditum in hac materia totum quod necessarium esse debet. Et
ideo de hac materia sive mea doctrina conscripsi [illegible]
specialem. Postquam ergo sic est oportet nos subtiliter investigare
que antiqui occultaverunt scilicet causas senectutis et senii et eorum accidentia
que quidem in tempore quidem ante tempus accidere consueverunt. Et senec-
tus et senium et eorum accidentia proveniunt ex debilitate caloris
naturalis. Et debilitas caloris naturalis provenit ex dissolutione naturalis
humiditatis et ex augmento extranee. Et inicium tardius est inve-
nire quod naturalem humiditatem resolutam confortat et restaurat et re-
stauratam sincerat. Et quod in naturalem humiditatem festinat venire
et que iam venit purgat et consumit. Et sic naturali humiditate defen-
sa et dissoluta restaurata et extranea defensa ab augmento
et augmentata consumpta et purgata tunc opus est ut calor
naturalis confortetur et virtus relevetur que fuit ex priori incommodo
debilitata. Et tandem superfluitatum cuius deformitas lesionis et
sensuum impedimentum quod est senectutis accidens auferatur. Et hec
predicta regimine proprio expleri non fiunt nisi consueto regimine sanitatis
quod a sapientibus traditur et sapientum regimine. Et preter istum
expleri. Et regimine [illegible] addere et complementum quod sapientes
antiqui occultaverunt. Et hec est via per quam homo defenditur ab
accidentibus senectutis et senii ne veniant ante tempus et post id
venire retardantur. Et per hec conservabitur iuventus et festina senectus
retardabitur virtute dei excelsi [illegible]

De causis senectutis et de hiis que causis senectutis obviant
De accidentibus senectutis et senii et eorum causis et signis lesionum
sensuum. De cibis et potibus que naturalem humiditatem
que corporis resolvitur conveniunt restaurant. De hiis que naturalem
humiditatem resolvi tardant et restauratam sincerant ne cito
resolvatur. De medicinis et aliis rebus que accidentia senec-
tutis et senii festinant venire. De hiis que encaniant et [illegible]
mat iuventute accidentia senectutis et canos auferre et tingunt
De hiis que naturalis caloris debilitatem ex naturali cursu non
resolvunt vel humiditatis ex augmento extranee confortant et
restaurant. De hiis que virtutes et sensus reparant et confortant